etiam actus Curie generalis Regni ejusdem et
non aliis prout dictum est possint et valeant
et unusquisque eorum possit et valeat in
dicto mari insule predicte piscari et faciunt
et in piscandi possessione existunt et cum pisci-
bus quo sibi voluerint accedere valeant atque
possint dum tamen in dicta insula vel in
dicta villa de Vilajoyosa sonant jus stati-
cum sive in dicto loco de Benidorm intra
gre et absque aliqua diminutione illius vel illis
personis cui pertinebit et non aliter neque alio
modo. Mandantes per has easdem univer-
sis et singulis officialibus et subditis nostris
quibuscumque presentibus et futuris quatenus
gratiam et concessionem nostram hujusmodi
et omnia in ea contenta dictis piscatoribus
habitatoribus dicte ville de Vilajoyosa imper-
petuum teneant firmiter et observent
tenerique et observari per alios faciant atque
mandent hocque non mutent quavis causa
vel ratione quanto gratiam nostram charam
habent iramque et indignationem ac penam
florenorum mille cupiunt evitare cum sic
de mente nostra procedat. Si quis vero de
predictis seu aliquo predictorum se senserit
gravatus compareat coram nostro Bajulo ge-
nerali Regni predicti de jure suo coram eo
tanquam judice super his ordinato cum amplis-
sima potestate arbitrio et facultate allega-
turus qui querelantibus omnibus justitiam mi-
nistrabit expeditam quoniam per has easdem